

**Triumphus Varniacus Quem Viro ... Johanni Joach. Schoepffero, Icto
Consummatissimo ... Cum Illi Unanimi Amplissimi Senatus Huius Academici
Consensu Fasces Almæ Huius Conferrentur Quarto Calendarium Maii Anni Cura.
MDCCI. Carmine Votivo Gratulari Volverunt Devinctissimi Istius In Collegio-
Pandectarum Auditores**

Rostochii: Typis Joh. Weplingii, [1701?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863460445>

Druck Freier  Zugang



Leges etc
Academiae Rostochiensis

Universitäts-Archiv
Rostock, Sign. ~~RIA 4~~

RIA 4


N. l. — 47.^{1-69.}

TRIUMPHUS VARNIACUS
 QVEM
VIRO MAGNIFICO, PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO;
ATQVE CONSULTISSIMO, DOMINO,
DOMINO,
JOHANNI JOACH.
SCHOEPFFERO,
Jcto Consummatissimo, Professore in hac
Alma Ducali longè celeberrimo
Comiti Palatino Cæsareo,
Consistorii Ducalis Assessori gravissimo,
Facultatis Juridicæ h. t. Decano spectatissimo,
CUM ILLI UNANIMI AMPLISSIMI SENATUS
HUJUS ACADEMICI CONSENSU
FASCES ALMÆ HUJUS CONFERRENTUR
QUARTO CALENDARIUM MAII ANNI CURA. MDGCL.
CARMINE VOTIVO GRATULARI
VOLUERUNT
DEVINCTISSIMI ISTIUS
IN COLLEGIO-PANDECTARUM
AUDITORES.



ROSTOCHII,
 Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.





Andite nunc Heliconæ Deæ, juga sacra colentes
Bellerophontei montis, modulosque canoros
Fundite, dulcisonumque melos, Tuque Augur Apollo
Prende tuam citharam, penetralia sacra Sororum
Threiciò cantu resonent, pateantque recessus
Gorgonii; latices effundat Castalis omnes.
Namque dies sacratus adest, quo templa perennis
Nunc iterum Virtus aperit, laqueataque fulvis
Laminibus vicinus Honos delubra recludens
Fronibus exornare aras jubet, atque coronis.
Lux genialis adest, Themidos; quæ Mystra verendæ;
Spe melior, fama major, quem vexit ad alta
Sydera cœlipotens Astræa, interque celebres
Gloria prima viros, summo decoratus honore
Castalidum sedis SCHOEPFERUS (ceptra capeffit)
Illam fatidico lucem Thymbræus in antrò
Cynthius, atque sono quondam cecinere canorò
Præfagi tripodes; illam celebrasse liqvores
Phocida ad Aonios credam, doctasque Camœnas
Inseruisse suis fastis, rite usque colendam.

Si finis ergo, omnes hodie sacraria Honoris
Ingredimur tecum, VIR SUMME, etiam illa patere
Carminibus votisque solent. Verum, impia turba,
A Sacro hoc homines procul hinc procul este profani.
Este procul Fauni, Satyrique, ac agmina sæva
Eumenidum, Stygiæque Deæ; Tegeæus Apollo
Hoc festo prohibet, prohibet Tritonia docta.
Tuque o! fatidicæ Themidos penetralia pandens
MAXIME VIR, Clarii dum scandis culmina regni;
Nostra incepta juves, conatibus annue nostris.
Namque Tibi Deus usque favet Sminthæus, amore
Cujus capta tenes dudum præcordia, Teque
Agnoscent fratrem castæ, VIR SUMME, Camœnæ;
Dum sedem illorum decorans moderamina Pindi
Suscipis Aonii; Cultor dum maximus almæ

Euse.

Salve noster amor, decus immortale virorum,
Salve noster honor, namve usq; vocabere noster,
Et nobis dilectus eris, SCHOEPPFERE, Catone
Doctior, & fama totum celebrate per orbem:
Qvam Mihi, qvam cunctis jam dulcia gaudia crescunt
Numinibus, Pindi qvoad sceptra Academica nostri
Accipis, atqve altum scandis pulvinar honoris.
Scilicet! haud qvoadqvam plebeji sanguinis in Te
Serpit, nec Tua Te virtus, & robora mentis,
Intemerata fides, pietas, facundia docta,
Ingenii excellentis opes, prudentia major
Nestoris, Augusti majestasqve oris honesta
Te nunquam latitare sinunt, sed ad æthera tollunt.
Uno in Te cunctas dotes, qvas Phœbus ephebus
Distribuit sparsim Musis, VIR MAGNE, stupefcit,
Te Pindi RECTORE hujus, jam prisca redibunt
Secula, & in cælis habitans mea filia semper
Hic Astræa suos virgo volet esse penates.

I nunc Parnassum, Phœbumq; novemq; Sorores
Qvisqvies in Batavis aliave in gente require.
Hic quoqve sunt pia templa Diis sacrata, locusqve
Atq; Hælicon, qvo Musæ habitant & Magnus Apollo
Nempé, Tua qvæ mente geris, Pindi juga solus
Hicce potes, SCHOEPPFERE locis imponere nostris
Teregnante latex Varno Permessius amni
Jungetur, semperqve fluet permixtus uterqve
Hæc ubi verba Themis dederat, qvæ proxima stabant
Numina, conspirant dictis, Phœbusqve, Deæqve
Castaliæ, qvarum, qvæ maxima, virgo canora,
Calliope tales effudit pectore voces:


Maxime Vir, nostri prælustis gloria Pindi,
Noster amor, nostrumqve decus SCHOEPPFERE, perenne,
Magnificos fasces, qveis non est dignior alter,
Qvæqve Tibi Phœbus donat, nunc accipe sceptra,
Sceptra, qvibus subsunt trabeæ, diademata, sceptra.
Tu Rex noster eris, (namq; & sua regna Camœnis
Sunt Aganippeis) at non pro more Tyranni,
Imperium sed tranquillum, placidumqve tenebis.
Attamen haud rarò, ne occulta fraude triumphet
Horrida barbaries, atqve ignorantia fœda,
Stipatus turmis equitum, sed Pegaseorum,
Fervida bella geres. Etenim, VIR MAXIME, nosti,
Paverit ut qvondam tauros, Dux noster, Apollo,
Efficies igitur, ne brutis amplius hirtis
Imperet, & studiò, Phœbeæ pocula Circes
Insidiosa greges Clarios vitare docebis.
Cætera nos apud hicce dies celebrabitur usqve,
Nec sine lætitiâ dapibus recoletur opinis.


B

Dum-

Dumque thymō pasceatur apes, dum Phœbus olympum
Lustrabit, fluviiqve fluent, dum sydera cœlo
Fulgebunt: dum mergus aqvas, nidosqve columba,
Sanguineusqve lupus prædas, caper arbuta quæret,
Usqve Tuus florebit honos, Tua nomina crescent,
Carminibusqve die quovis celebrabere nostris.
Interea semper successibus utere, faustis,
Parnassiqve hujus felix moderare labores:
Ut præsis, profisqve diu, cape lætus honores,
Et fasces, quos docta Tibi Sapiencia tradit:
Nulla Tuum turbent animum mala, vive beato
Sydere, dum frontem Tibi ruga senilis arabit.
Tolle solô sublime caput, prænobile ad astra
Nomen eat, feriasqve Tuis virtutibus axem,
Sic ubi tempus erit moriendi, non morieris,
Atqve ROSA immortalis eris nostri usqve ROSETI.








IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerforiis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commensalis communis insuper unius mensis carentia, luent. Quod si post hanc correctionem incorrigibiles se prodant, consilio abeundi, necessitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obnoxio cogunt, vel per ambages ad conuiuia veteranis parandum, quo aduentur, sed prauis quoque sodalitatibus, qui sumtu nouitii epulati sunt, buntur, iis, qui mensa communi ab isto beneficio excludendis, inebriationes & tande oriundacacius impediuntur, abhinc pl

VI. Poenae legum tractata a Rectore & Concilio nec mino remittendae, sed ad tenore executioni mandandae erunt.

VII. Nocturnos strepibus incolarum vel personae & clamores inconditos vel hibuerunt: ita earum violat securitatis nocturnae & transcustodiae militari tradentur. Rector Academiae vel de e



acade-